



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Regvlarvm Vtrivsque Ivris Cvm Ampliationibvs Ac  
Limitationibvs**

**Dueñas, Pedro**

**Venetiis, 1566**

Regvla CXVIII.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63232](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63232)

gine naturæ ueritas obumbretur, nam prior in tempore & ætate aliis posterioribus est anteposendus, secundum ordinem naturæ arg. l. si uiua matre. C. de bon. mat. & l. cum ita legata. §. fin. ff. de leg. 2.

### REGULA CXVII.

Obligatio personalis non sequitur singularem, nec sunt ipso iure possessorem l. ea lege. C. de condit. ob causam † Ias. in consi. 88. in præsent. uol. 3. Alex. consi. 12. nu. 6. uol. 4. l. 3. §. opus. ff. de alien. iud. mut. causa facta. Bar. in l. fin. in fi. ff. de contrah. emp. & Affl. deci. 62. nu. 5. quia obligatio personalis, non dicitur alienatio. secundum Alex. consi. 18. nu. 4. uol. 5. Cæpol. consi. 13. nu. 1. in consi. ciuilibus.

1 Fallit in iure consequendi legitimam, quæ actio est personalis ex lege & non realis. ut l. actionum. ff. de act. obligat. & datur filio super omnibus bonis hæreditariis, quia est quota bonorum. ut l. papinianus. §. quarta. ff. de inoff. testa. Bar. in l. generaliter. §. in ijs. C. de secund. nupt. ergo sequitur obligatio personalis bona hæreditaria tu itaque cogita.

2 Fallit in tribus casibus positis a Soc. in regula 336. quas limitationes considera, quia subtiles sunt.

Fallit etiam quando sine determinatione quantitatis conceditur alicui posse cedere lapides in fundo, quia non est obligatio proprie, sed censetur seruitus usus, & ita intelligitur tex. in l. mela. §. † fin. ff. de alim. & cib. leg. & ita Cyn. in rubrica. C. de usufr.

### REGULA CXVIII.

1 Obligatio facta per artificem alicui ratione industriæ personæ extincta persona cessat & ad hæredes non se extendit. l. inter artifices. ff. de solut. l. nemo est qui nesciat. ff. de duobus rei. Bar. in l. si sit stipulatus in fine. ff. de uerbo. oblig. Roma. sing. 670. Fel. in. in c. quoniam. §. is autem. nu. 5. de off. delegat.

I § x Fallis

1. Fallit hæc regula nisi hæredes promittentis essent eiusdem artificii, quia licet sit electa industria personæ, tamen eu transit ad illius hæredes. Ita Alber. in l. inter artifices. ff. de sol. Pet. Duen. reg. 178. limit. 2.

2. Fallit etiam quâdo hæres promittentis esset eiusdem conditionis, & uirtutis, ut doct. quando potest obligatus seruire per substitutum æqualis conditionis. pro uoluit Bar. in l. i. C. de præposit. agent. in rebus. l. 1. ut c. fin. & c. is cui de offi. delegat. in 6. Roma. in l. i. ff. de in iur. uoc. & in sing.

### REGULA CXIX.

1. Obligare quis non potest unum ex suis hæredibus, ad uniuersum debitum in contractibus, ut l. continuus. §. si. & l. eum qui ita. §. i. ff. de uerbo. oblig. ut puta si T. promittit dare sempronio ducat. 100. ad libitum obligans se & omnia bona sua & hæredes suos, utique eo facto debito non soluto, hæredes si plures sunt, omnes pro rata tenebuntur, ut l. pro hæreditariis. C. de hæred. actionibus & l. tale pactum. §. si. ff. de pact. cum aliis infinitis.

1. Fallit hæc regula in ultimis uoluntatibus ad effectum, ut hæres grauatus potest cohæredes, uel ex testamento, uel iudicio familiæ herciscundæ, ad uniuersum debitum compellere exsoluendum. Iuxta l. pacto successorum. C. de pact. & l. seruo legato. §. si testator. ff. de leg. primo. Bal. in d. l. ij. C. de hæred. act. nu. 6. Bar. in l. iij. in princ. ff. de liber. legata. & l. ij. eo. tit.

2. Fallit quando debitum est indiuiduum, quoniam hæredes tenentur in solidum, ut in l. in executionibus. §. ij. ff. de uerb. obligat. hoc idem in omni seruitute, ut dicit glo. uerfi. secunda. d. §. ii.

3. Fallit quando relinquitur aliquid pro forma, & forma est quid perfectum ex omnibus suis partibus, alias non est forma, secundum Bal. in d. l. ij. nu. 4. C. de hæred. act.

4. Fallit si res quæ debet restitui ab uno, ille teneatur in solidum. l. si duo. ff. de posit. & l. iii. §. si hæres. ff. commodat. & hoc